



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

172 Promissiones beneficiorum vacaturorum iam olim reprobatae.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

170

*Arg. cap. v-
nici de rer. per
mut. in 6.*

constituit hic Bonifacius 8. ne permutationes huiusmodi per istos expectantes amplius impedirētur. Alioqui Pontifex ut ac tanquā Summus omnium bonorum ecclesiasticorum, sicut & ecclesie totius, moderator, de beneficiis ecclesiasticis per uniuersum orbem Christianum fitis disponere potest, non tantū vacantia conferendo verumetiam ius in vacaturis tribuendo. c. 2. §. de præbend. Quæ quidem res plurimos ubique terrarum prouocare solet homines ambitiosos ad importunissimè gratias istas à Pontificibus optimis extorquēdas, non sine grauissimis ordinariorum Collatorum querelis: quæ tandem effecerunt ut nouissimè sacrosanctum Concilium Tridentinum sess.

171

*Concilio Tri-
dent. gratia
expectatiue
prohibita.*

24. cap. Reform. 19. decreuerit, gratias istas expectatiuas & ad beneficia vacatura nemini amplius concedi, nec hactenus concessis cuiquam uti licere: quemadmodum & olim ab hoc ipso Bonifacio promissiones omnes aliorum quorumcumque Collatorum de beneficiis vacaturis conferendis reprobata fuerant. cap. detestanda, §. de concess. præbend. Non dico, vel Pontificem vel ullos alios Collatores ante Concilium Tridentinum beneficia vacatura conferre cuiquam solere per gratias istas expectatiuas vel per promissiones vel aliter, sed vacatura vel promississe vel addixisse conferenda tunc ubi vacauissent; quandoquidem ne beneficia conferrentur absolutè priuquam vacarent, antiquissimo semper iure prohibitum fuerat, Concilio Lateranensi repeti-

172

*Promissiones
beneficiorum
vacaturorū
iam olim re-
probatae.*

tum & inculcatum c. 2. totoque tit. de concess. præbend. & eccles. non vacant. c. audiimus. 3. q. 2. & c. non furem. 7. q. 1. similibusque locis de viui successione loquentibus. Ac licet à gratis talibus expectatiuis nunc amplius periculum non sit Collatoribus ordinariis quamdiu Concilij Tridentini decreta vigent vel absoluta potestate sua Põtifex non vitur, nominationes tamen Vniuersitatum facessunt adhuc eis negotium Concilio Tridẽtino non reuocatae sess. 25. c. Reform. 9. contra quales nominatos an & hæc Bonifaciana valeat, paulò post oportuniùs quæretur in singulis huiusce c. clausulis excutiẽdis quas ordine persequamur.

Ait Pont. *beneficia proximè vacatura expectent.* Igitur expectantes alioquin huiusmodi, ceteris omnibus præter permutantes erant in beneficiis vacantibus adipiscendis præferendi. quales quidem si fuerint numero plures, qui prior est tempore potior est iure c. quia sæpè dubitatur. s. de præbend. quæ tamen regula frequenter inter eos fallit: vtpote si vel negligens fuerit prior in petenda præbèda primùm vacante c. si clericus. s. de præbend. vel prior præbendam solã expectet, secũdo dignitatem & præbendã expectante, ac postea vacet præbèda quæ dignitati sit annexa d. c. quia sæpè dubitatur. s. de præbend. vel gratia prioris reuocetur propter secundũ c. quodã per literas. penul. s. de præbend. vel denique postremus ordine prærogatiuam habeat à Põtifice, quemadmodũ luculẽto & elegãti docet exẽplo Bonifacius

g iij hic no-

173

Priusquã vacarent beneficia conferri nunquam lib. c. uis.

174

Vniuersitatis nominationes Ordinarius collatoribus permolesta.

175

Expectantes omnibus præferendi.

176

Postiores quando prioribus præferantur.